



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apollinis Judicium politicum in Monteparnasso Contra Monarchiae sectatores

Boccalini, Traiano

Messinae, 1671

Sigismundus Battorius tarde Latinas literas didicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13233

per certe periculosissimus, nisi medicina vestra multo deteriorem reddidissetis statum salutis vestræ. Quamobrem, Fazelle, populi sapientes, tunc demum arma ad rebellandum suscipiunt, si quando certi sint, sese posse præstare, ut servitutem libertate, non autem principem extraneum rege Barbaro commutent. Quippe pisces si norint, sese non posse ex oleo bulliente in aquam frigidam evadere, minoris pœnæ æstimant, sese in sartagine continere, quam in prunas resilire.

*Sigismundus Battorius tarde
Latinas literas didicit.*

Heri vigesima hora in hanc aulam solitus ex Germania veredarius advenit: qui lætitia unumquemque affecit, gratissimo secum nuntio allato, serenissimum Sigismundum Battorium, Transylvaniæ Principem, adeo amore venustissime Latine linguæ incensū esse, ut

ut summa cum laude ea lingua loqueretur, scribat terse, ac perspicue stylo Cæsariano. Occasione hac oblata, viri prudentes etiam atque etiam Apollinem adorabant, ut hunc propter jucundissimum nuntium in Parnasso omnia gaudia habuerentur indicia, quæ animare illustres soleant homines ad amorem bonarum literarum, cum princeps quidam evaserit literatus. Verum quia serenissima Regia Majestas penitiora perspicerat totius rei, quam rogaretur à prudentibus suis, facere id detrectavit. Hunc verò in modum eos est affatus: Parnasso tum demum festum celebrandum esse, cum spontanea electione generosi spiritus, & mero studiorum amore, non necessitate aliqua adacti principes, ad studia se ac literas conferunt. Et se operæ pretium, ut quisque sciat Principem Battorium applicuisse animum Latinæ linguæ lepores, non ambitione ductum, quo pro literato se ostentaret nec quapiam curiositate, ut notitia

mu

multarū haberet rerum ; sed necessitate
 compulsus , quo cum laude insulos ac
 pueriles corrigeret errores , quos in ge-
 nere , numero , & casu commisisset.
 Tunc cum in bello Ungarico cœpisset
 funestum consilium se armandi contra
 Turcam, & adhæreret Germaniæ impe-
 ratori, quem, validissimis argumentis
 prætexentem jus suum in principatum
 Transilvaniæ, magis ipsi metuendum
 esse constabat, quàm sexaginta impera-
 tores Ottomannicos.

*Galli vindicantur ab Hispanis è stul-
 torum sophronisterio.*

DEmum ante biduum Apollo ex so-
 phronisterio dementium dimitti
 jussit ingentem Gallicanæ gentis nume-
 rum, multos per annos ibi detentum:
 quo tempore contra se juxta ac amicos
 maximo cum furore flagitia commisere
 deploranda. Ut per annos aliquamul-
 tos luctus præbuerint materiam Eu-
 ropæ